

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843, enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von Bd. 2 des Autographs (19 555-2)	zu Bild Nr. 0554
	0552
	0558
	0548
539	
<b>De Sarracenorum peregrinatione in Mecham civitatem et stulto eorum ritu in templo Machometi.</b>	0563
In campestribus illis obviaverunt nobis passim illo die multae hominum turmae cum camelis oneratis, cum asinis et equis et cum pretioso apparatu; in una enim corobana erant plus quam quingenti camelii necessaria portantes pro multis hominibus utriusque sexus, qui comitabantur, et erant homines splendidi, divites Sarraceni, eentes in peregrinatione ad suum sanctum Machometum maledictum in Mecham: siquidem in Alchorano jubentur cultores Machometire in Mecham semel singulos annos ad dei domum, quae ibi est, et ibi jubentur adorare, eamque in consutilibus tegumentis circuire et lapides per media femora retro pro lapidando diabolo jacere. Hanc domum dicunt Sarraceni Adam, cum de paradi exulasset, domino exstruxisse et omnibus filiis suis usque ad Abraham locum orationis fuisse; Abraham autem eam instauravit et renovavit atque in ea vota fovens sacrificia obtulit, quam et filio suo Ismael post mortem reliquit, eique et omnibus filiis ejus per multa annorum curricula, donec Machomet natus est, orandi locus permansit: quo nato Deus eam sibi cunctisque generationibus et sequentibus haereditariam promisit. Ecce, quam astuta et industriosa seductoria; omnia enim jam dicta de illa domo non habent ex aliqua scriptura auctoritatem et robur, sed quasi commentum quoddam finxere, antea enim, quam Machomet legem suam praedicasset, idolis plena erat domus illa. Hic ergo, precor frater humane, gradum siste et ego tibi aperte monstrabo, qualis illa domus prius extiterit et quid ibi fuerit sacrum et cur illuc ire et, quae dicta sunt, Machomet facere jusserrit? Duo filii Loth, Ammon scilicet et Moab, hanc domum honorabant ibique duo colebant idola, unum ex albo factum marmore, quod Mercurium, alterum ex nigro, quod Chamos appellabant; et istud quidem ex nigro lapide in honorem Saturni, alterum ex albo in Martis honorem venerabant et bis in anno ad haec idola adoranda eorum ascendebant cultores; ad Martem quidem, quando sol intrat primum arietis gradum, quoniam aries honor est Martis, in cuius discessu, ut mos erat, lapides	0543
	0603
	0503
	0653
	0453
	1053
	0053
	Ende
	Anfang